

**Files associati:****Data:**

1558-08-29

[Abbreviazioni e sigle](#)**Reperibile in:**

AGCRS, DSK, 39a

Scheda:

Conti (De) Primo crs., Lettera del 29 agosto 1558 di Primo de Conti da Milano all'inquisitore G. B. Clarino (Chiarino o Chiarini ndr) op. su Erasmo da Rotterdam.

Note:

Originale in: Bologna, Biblioteca Universitaria (ms. 1621, Verg. Romangilius / Collectanea / rerum speet [ma spect] ad / Concil. Trid., seconda parte, cc. 47r-50r.).

cfr. folder Conti_Primo/BUB_Ms_1621_II/

cfr. Bacchelli Franco, Di una lettera su Erasmo ed altri appunti da due codici bolognesi. in: Rinascimento, vol. 28, 1989, pp. 257-287 (comunica il ritrovamento del codice n. 1621 della Biblioteca Universitaria di Bologna, che contiene il testo della lettera di Primo Conti all'inquisitore di Milano Giovanni Battista Clarino).

Descrizione del ms. 1621 della BUB:

Ms. cartaceo, sec. XVI, cc. I-II, 81, [I], 102, [I], 136, 74, III (la cartulazione presenta quattro diverse sezioni, in ognuna delle quali riparte da capo: l' ultima c. è capovolta); mm 333x225x70 (compresa la legatura), 315x215x60 (blocco delle carte).

Legatura in quarto di pergamena, piatti con i quadranti di cartone ricoperti di carta marmorizzata rossa; sul dorso tassello con titolo e impressioni in oro: Verg. Romangilius / Collectanea / rerum speet [ma spect] ad / Concil. Trid.

Provenienza: Collegio di S. Lucia, Bologna; sulle carte che separano le diverse sezioni, è presente lo stemma della famiglia Zambeccari, poiché, nel 1572, presso tale Collegio si costituì anche una biblioteca per lascito di Francesco Zambeccari e di Marcantonio Collina Sbaraglia (cfr. Biblioteca Universitaria di Bologna, Catalogo delle provenienze dei manoscritti, a cura di Patrizia Moscatelli, Bologna, 1996, pp. 40-41.) Sul manoscritto, figura infatti l' antica segnatura che ne attesta la provenienza dalle congregazioni religiose soppresse: Appendix MSS. 1048.

Sulla c. II e su quelle che separano le varie sezioni (segnate [!]) figura la scritta Fatica di Virgilio / Romangilio: è presente anche sull' ultima carta capovolta.

La c. I, dopo il titolo Raccolta fatta da d. Virgilio Romangilio, reca l' indice del contenuto del manoscritto, suddiviso in sei sezioni (da I a VI), come risulta anche dal catalogo a stampa di Lodovico Frati: alla sezione II, quella che a Lei dovrebbe interessare, corrisponde l' indicazione "stampate", mentre il Frati recita "Lettere di Achille Terminiano, Girolamo Valla ... ed altri (1538-1558)".

Bibliografia del ms. 1621:

- MARINA CAMPONOVO, Le biblioteche conventuali bolognesi nell' età napoleonica. Il fondo di S. Lucia della Biblioteca Universitaria di Bologna, Padova, Università degli studi-Facoltà di lettere e filosofia, Tesi di specializzazione, a. a. 1985-1986, alle pp. 84, 87, 107-121;
- FRANCO BACCHELLI, Di una lettera su Erasmo ed altri appunti da due codici bolognesi, "Rinascimento", II serie, XXVIII (1988), pp. 257-287;
- ELIZABETH SEE WATSON, Achille Bocchi and the Emblem Book as symbolic form, Cambridge, Cambridge University Press, 1993, alla p. 247.
- Il ms. è citato nel numero 22-23 (1989-1990) del periodico "Quaderni per la storia dell' Università di Padova".

cfr. BUB (Biblioteca Univ. Bologna), ms. 2948, Miscellanea Tioli, vol 5: in questo volume miscellaneo il Tioli, erudito del Settecento, scrive a p. 508 «... In questo medesimo codice, oltre a molte lettere del cardinal Polo (Pole ndr) e d'altri su la scisma o affari di Inghilterra, ce n'è pu una del Conte Primo di Milano (Primo de Conti ndr), maestro di Sacra Scrittura nel Collegio ambrosiano, scritto all'inquisitor di Como Giambattista Clarino in difesa di Erasmo, a torto accusato per heretico. Detto Primo era stato di Erasmo familiarissimo, e molte particolarità conta di sua vita. La lettera è latina e in data del 1558 il di della decollazione di san Giambattista». Il Tioli spiega come segue la decisione di non trascrivere questa lettera, a differenza degli altri documenti contenuti nello stesso codice: «Siccome il predetto manoscritto da cui furono tratte le dette lettere è poi passato nella biblioteca di monsignor mio Zambeccari, lascio perciò di trarne altre cose preziose che vi sono, essendo padrone di averlo a mio piacimento ... Da monsignor Zambeccari essendo stato donato, vivente, la sua libreria al Collegio di Santa Lucia di Bologna (il collegio dei Gesuiti ndr), per conseguenza vi è passato ancora il codice di cui sopra si parla».

cfr. Giovio Benedetto, Opere scelte. Como 1887 (a p. 157ss si parla del legame tra il Giovio, 1471-1545, e Primo de Conti).

«Glareano. Soprannome di Heinric Loriti (Henricus Loritus Glareanus), umanista e teorico della musica. Nato a Mollis (Cantone di Glarus, Svizzera) nel giugno 1488, studiò a Berna, poi a Colonia teologia e musica, avendo per quest'ultima a precettore

Iohannes Cochlaeus. Nel 1512 fu proclamato «poeta laureatus»; si recò poi per un breve tempo a Parigi, indi a Basilea, ove fondò un collegio privato; dal 1529 insegnò letteratura e storia a Friburgo, ma scrivendo sempre anche musica. Restò fedele al cattolicesimo, anche se nel primo periodo della sua vita letteraria vedeva con certa simpatia il movimento protestante e nutriva amicizia per alcuni dei principali novatori. Morì cieco a Friburgo il 29 marzo 1563 (cfr. Castner I., *De obitu incomp. viri D. H. Loriti. Basilea 1564*)» (da: Enc. Treccani, Roma 1933, vol. XVII, s.v., p. 410).

Testo:

«Reverendo patri Inquisitori Io. Baptistae Clarino Cremonensi Primus Comes S. C. D.

Salve reverende pater. Cum audissem in praesentia tractari Romae de iudicando Erasmo et eius libris memor illius prophetic: "Vae mihi quia tacui" (Is 6, 5 ndr), ne quid in hac causa delinquerem veni ultiro hesterno die ad te visendum, nempe executorem pontificiae voluntatis, narravique tibi reverenter et amice quanta fuerit mihi Basileae cum Erasmo consuetudo atque fuerim studiosus eorum quae scripsit Erasmus et omnium qui scripserunt contra Erasmus. Hortatus es me ut scriptis traderem meas de illo testificationes, ego vere Christum volens imitari, qui dicebat se ad hoc natum ut testimonium perhiberet veritati (Gv 18, 37 ndr) et illud recordatus: "Pacem et veritatem diligit ait Dominus omnipotens" (Zc 8, 19 ndr), non recusavi provinciam, credens neminem Christianum et qui libenter audiat veritatem, offensum in veritate. Quam brevissime igitur possum, quod heri promisi, hodie praesto, votis omnibus optans cum Abrahamo impetrare a domino ... idem bonorum et malorum fiat iudicium et incendium (Gn 18, 22-32 ndr).

Primum confirmo, teste Deo, me toto tempore quo fui Basileae semper habitasse cum Henrico Glareano (Heinric Loriti ndr) gymnasiorum viro doctissimo valde catholico, ita ut Oecolampodium tunc Basileae concionantem ad dogma suum totam pene civitatem pervertentem, odisset cane peius et angue, mihique divertium denuntiasset si vel discendi causa Oecolampodium audirem. Nam suspicabatur me auditurum ob sitim linguae hebraeae, sed iussi illum esse bono animo quod diu dici nollem discipulus haeretici; itaque ab Oecolampadio semper abstinebamus, pransi ad Erasmus frequenter ibamus, familiaria colloquia miscebamus, de religione multus erat sermo: "Quale", inquietabat, "monstrum attulit nobis Saxonia!", Lutherum significans. Tum mihi monstrare librum quem rex Angliae scripsisset contra Lutherum, laudare regis plium et doctum studium - sed heu quantum mutatus ab illo!

Erat Erasmus, ut inquit Persius, “modicus voti, presso lare, dulcis amicis” (Persio, Satyrae, V, 109 ndr), nam contentus erat uno flaminio sive sacerdotio sibi a rege Angliae donato, quod ei pendebat trecentos renanos annuatim; frequenter celebrabat missam, ut mihi referebat Andreas Comes ex Pollonia unus ex quattuor contubernalibus (non enim plures alebat domi sua, excepto uno scriptore, cui nomen Quirinus, et quadam muliercula quae serviebat culinae), sed quandiu fui Basileae nunquam sacrificavit sed neque unquam pedem domo extulit eo quod [tutus] non esset ab insidiis et persecutionibus haereticorum, qui spe sua frustrati maxime illum oderant; maxime declaraverat enim sese Erasmus et scriptis et vita catholicum quem illi a partibus suis stare et speraverant et voluerant. Ab Oecolampadii colloquio constanter abstinebat ut ab excommunicato, quamvis non longe distarent aedes alterius ab altero; postquam enim sese ostendit manifeste Oecolampadius haereticum, coepit eum vitare Erasmus - nam antea valde erant amici. Invitarat me ad prandium Erasmus in sabbato: ipsi pullaster fuerat appositus, caeteris omnibus pisces tantum; tum ille mihi: “Num scandalizaris Prime?”, ego vero: “Minime”, inquam, “nam et senex et valetudinarius es”; at ille praeterea: “Etiam habeo diploma pontificium (cfr. Allen, VI. lett. 1542: Erasmo mostra a primo questa lettera ricevuta nel 1525 dal card. Campeggi da Roma ndr)” - argumentum non contemnentis pontificias constitutiones. Habebat etiam in bibliotheca sua effigiem Divae Catherinae depictam in tabella, vestiebatur more sacerdotum germanorum decenter, multas faciebat eleemosynas secreto, ut mihi Glareanus affirmabat.

Unanimitate autem Glareanus et Erasmus decreverant emigrare Basilea Friburgum Brisgoicum nempe civitatem catholicam, quod et fecerunt post meum discessum: praesagiebant enim fore id quod non multo post accidit, ut tota Basilea sequeretur Oecolampodium, relicita penitus orthodoxa religione. Ego Basilea profectus Novocomum habitavi, conductus ad docendum gramaticam ab Odiscalchis (il Conti iniziò ad insegnare già forse dal 1529 e sarebbe stato assunto non dal pubblico ma dagli Odescalchi ndr); eo tempore Damianus a Goes Lusitanus tulit ad me litteras ab Erasmo, in quibus me de multis certiorem faciebat, inter caetera respondens meis, quibus hortatus ipsum fueram ut pergeret esse orthodoxus sicut me praesente fuerat, respondet his verbis: "Quoad mens haec mihi erit, non desinam esse orthodoxus quanquam id facio meo magno periculo", in calce epistulae erat: "Nuper prodit epistula Lutheri furiosissima contra me, quae ne Lutheranissimis quidem placet", et illud: "in inferiori Germania Anabaptistarum plena sunt omnia".

Quapropter libellum statim aeditit anno MDXXX ad fratres inferioris Germaniae et Frisiae Orientalis, cohortans omnes ad fidem catholicam, in cuius prima pagina, operae preium est animadvertere mentem hominis quam longe esset ab omni haeresi, sic enim scribit: "In primis vos obtestor per salutem animarum vestrarum, ne qua res vos dimoveat ab Ecclesiae Catholicae consortio nec circumferamini quovis vento doctrinae neque cito transferamini ab avangelio, quod a sponsa Christi traditum hactenus servasti, nec facile moveant animos vestros epistulae aut libelli multum mansuetudinis ac pietatis praeseferentes sed iudicate spiritus an ex Deo sint; solet enim Sathanas se transfigurare i Angelum lucis quo magis imponat simplicibus et incautis. Consistite firmi in lapide Christo, continete vos in arca ne pereatis diluvio, manete in navicula Christi, ne vos fluctus absorbeant, perseverate in ovili Ecclesiae ne fiatis praeda lupis et Sathanae, qui nunquam non obambulat venans quem devoret". Hic libellus et alli quae compositi adversus haereticos, videntur omnino laudabiles et e re populi catholici; de reliqua turba librorum quae prope est innumerabilis - unde Erasmus ipse in morem Galeni de propriis libris scripsit ingentem catalogum - alii videntur omnino innocentes, ut qui tractant de re grammatica et rhetorica, alii pii et utiles, ut qui in laudem Christi, Deiparae et ceterorum sanctorum [scripti sunt], ut "Institutum hominis christiani", quod solet praelegi pueris post "Disticha Catonis", quibus etiam commentaria fecit; illud enim "Institutum" plene ostendit virum catholicum, praecipue vero catechesis in qua exponit symbolum Apostolorum: ea expositor est huiusmodi ut liberet eum ab omni suspicione haereseos ut testatus est cardinalis Sadoletus in libro epistularum suarum quas editas legi Mediolani apud bibliopolas.

Erros autem Erasmi in libris reliquis eiusdem qui reprehenduntur, attentissime notati fuerunt ab adversariis, scilicet Hecio, Odoardo, Stunica, Carpo et a Parisiensibus theologis. Erratorum vero partem excusat Erasmus in suis responsionibus, partim agnoscit et fatetur, sed ut sexcentos erraverit, haereticus esse non vult imo frequenter testatur se submittere omnia sua iudicio Ecclesiae et paratum corrigi, ubi doceatur errasse; quisquis autem cedit auctoritati Ecclesiae, iure dici non potest haereticus. Nullus enim haereticus cedit autoritati Ecclesiae, quod si faceret haereticus ese desineret. Accedit ad haec quod iam trium pontificum iudicio videtur commendatus. Leonis, Clementis et Adriani quorum diplomata impressa circumferri vidimus inter

libros Erasmi; si autem videbunt discrepare iudicia summorum pontificum non parum fortasse scandalizabitur Christi Ecclesia, qualiter evenit cum Sabinianus papa damnabat librorum sui praedecessoris D. Gregorii lectionem, Sabiniani successor restituebat. Sed iam finem facio.

Erasmus cum iam aliquot annos cum Glareano Friburgi inter catholicos habitasset, instans operi cuidam excudendo venit ad Frobenium suum impressorem Basiliaensem morboque correptus non potuit redire Friburgum sed Basileae mortuus est identidem clamans: "O bone Iesu recordare miserationum tuarum" accessito prius presbytero catholico a quo sacramenta ecclesiastica accepit et a nonnullis audivi; sed hoc mihi non constat. Sepultus est autem in sacro, cum haeretici nolint in sacris sepeliri sed in pratis aut ad radices arborum. Haec mihi, reverende pater, de Erasmo, partim re vera cognita, partim audit, ad exonerationem meae conscientiae et veritatis manifestationem, testata esse volui promittens tamen secundum doctoris gentium dispositionem, utcumque res cadant, obedere praepositis nostris in domino (Eb 13, 17 ndr). Opto autem et oro semper Deum optimum maximum ut ex omnibus victrix semper triumphet veritas.

Mediolani, ex coenobio Ambrosiano ubi sacram scripturam et ius pontificium disco simul et doceo, in festo decollationis Ioanni Baptistae (29 agosto ndr) MDLVIII (1558)».

Nota bene (ndr):

Bibliotheca Sanctorum, vol. VI, s.v. Giovanni Battista, alla colonna 609: "La festa della Natività di s. Giovanni Battista, fin dal tempo di S. Agostino (Serm. 196, 287, 288-293; in PL, XXXVIII, coll. 1021) era celebrata al 24 giugno. Criterio per tale scelta fu la data della nascita di Cristo ... Al 29 agosto fin dal sec. V nelle Gallie e dal sec. VI a Roma si celebra il ricordo della Decollazione ..." .